gressu quasi iam tunc cum misericordia pervenit, sed
nequaquam ingredietur donec veri
tas confessionis ei occurrat. Peccavi
domino ait David cum de adulterio et ho
micidio argueretur, et Nathan: dominus
transtulit peccatum tuum, non morieris.
Convenerunt misericordia et veritas obviave
runt sibi. Iam vero ut facias bonum in
tympano et psalterio [illegible] est ut ipsa
mortificatio carnis et penitentie
fructus ac iusticie opera in unitate et
concordia fiant, quia spiritus unitas vin
culum est perfectionis, neque ad dexteram
neque ad sinistram declinaveris. Hanc
quisquis ille est in quo misericordia et veritas
obviaverunt sibi, secure gloriatur, sed
gloriatur in eo qui sibi testimonium
perhibet in spiritu unitatis veritatis. Vide
re mihi videor dilectissimi quattuor his vir
tutibus amictum hominem primum ab ipso
sue creationis exordio, et ut dicit pro
pheta vestimento salutis indutum.
Cum enim nimirum quattuor salutis integri
tas, nec sine eis omnibus potest consta
re [illegible] presertim cum nec possint
esse virtutes si ab invicem separentur.
Acceperat ergo homo misericordiam custo
dem [illegible] pedisequam, ut ipsa
eum preveniret et ipsa subsequeretur
eum, ipsa quoque protegeret et conser
varet undique. Vides qualem nutri
cem contulit parvulo suo deus, quia
se dicitur percussisse quam hominum recens
orto. Sed erat illi necessarius etiam
eruditor tamquam ingenue et nobili
[...]ture ut non sic nutritum

aliquo custodiretur sed tamquam parvulus
educaretur. Cui nimirum magisterio ne
mo poterat aptior inveniri quam ve
ritas ipsa que eum ad agnitionem sum
mi perduceret aliquando veritatis. Inte
rim vero ne sapiens inveniretur ut face
ret malum, esset quoque peccatum, et tamquam
scienti bonum et non facienti, iusticiam
qua regeretur accepit. Adhuc autem
et pacem qua foveretur et delectare
tur addidit manus benigna crea
toris. Pacem utique duplicem, ut nec intus
pugne nec foris timores essent, nec caro
concupisceret adversus spiritum, nec esset ei
creatura ulla formidini. Quid huic
deerat, quem misericordia custodiebat, do
cebat veritas, regebat iusticia, pax
fovebat. Sed heu homo iste ad mul
tam perniciem et insipientiam sibi descen
debat de Ierusalem in Iericho. Et quid deinde?
incidit in latrones, et ante omnia le
gitur despoliatus. An non despoliatus,
qui domino venienti se nudum esse conque
ritur? Nec vero poterat revestiri, nec
ablata sibi vestimenta recipere, nisi
sua Christus amitteret. Sicut enim vivifica
ri anima non intuente corporali mor
te Christi non potuit, ita nec vestiri sine
eius despoliatione. Quid inde si non
propter has quattuor partes vestimenti
quod amiserat primus homo conquerimur,
unde et quattuor divisa sunt sed diviso novi
hominis vestimenta. An forte queris
tunicam inconsutilem que non divi
ditur, sed sorte provenit? Ego divinam
arbitror esse imaginem que nimirum